

Fort. ad integritatem peccatores.

Fort. siue con.

Fort. non capit estimare.

Enoch liber apocryphus.

lumina lapillorū, quibus monilia uariantur: & circulos ex auro, quibus brachia attantur: & medicamenta ex fūco, quibus lanæ colorātur: & illū ipsum nigrum puluerem, quo oculorum exordia producuntur. Hæc qualia sint, interim iam ex doctorum suorum qualitate & conditione pronuciari potest quod nihil ad integritatem pectoris, nihil ad castitatem adamatōres, nihil ad timorem dei desertores spiritus, aut monstrare potuerunt aut præstare. Si doctrinæ dicendæ sunt: mali magistri male docuerint necesse est. Si mercedes pro libidine: nullius rei turpis merces decora est. Quid autem tãti fuit ista monstrare sicut conferre: utrum ne mulieres sine materijs splendoris, & sine ingenijs decoris placere non possent hominibus, quæ adhuc incultæ & incompositæ & (ut ita dixerim) crudæ ac rudes, angelos mouerant? An ne sordidi, & per gratuitum usum contumeliosi amatores uiderentur, si nihil fœminis in connubium allectis contulissent? Sed hæc non capita aestimare, nihil plus desiderare poterant quæ angelos possidebant, magno scilicet nuperant. Enimvero qui utiq; interdum cogitabant unde cecidissent, & post libidinum uaporata momenta cœlum suspirabāt, illud ipsum bonum fœminarum naturalis decoris ut causam mali, sic remunerauerunt, ne eis profuisset felicitas sua, sed ut deuectum de simplicitate & synceritate unā cum ipsis in offensam dei peruenirent. Certi erant omnem & gloriam & ambitionem & affectionem per carnem placendi, deo displicere. Hii sunt nempe angeli quos iudicaturi sumus. hii sunt angeli quib⁹ in lauacro renūciamus. hæc sunt utiq; per quæ ab homine iudicari meruerunt. Quid ergo facient apud iudices suos, res eorum: quod est commertium damnaturis cum dānandis? opinor quod CHRISTO & Belia. Qua constantia tribunal illud ascendimus, decreturi aduersus eos quorum munera appetimus? Nam & uobis eadem tunc substantia angelica repromissa, idem sexus qui & uiris, eandem iudicandi dignationem pollicetur, Nisi ergo hic iam præiudicauerimus res eorum præ damnando quas in illis tunc damnaturi sumus, illi potius nos iudicabunt atque damnabunt. Scio scripturam Enoch quæ hunc ordinem angelis dedit, non recipi à quibusdam, quia nec in armarium Iudaicum admittitur. Opinor non putauerunt illam ante cataclysmum aditam, post eum casum orbis omnium rerum abolitorem, saluam esse potuisse. Si ista ratio est, recordentur pronepotem ipsius Enoch fuisse superstitem cataclysmi Noe, qui utique domestico nomine & hæreditaria traditione audierat & meminerat de proauis sui penes deum gratia, & de omnibus prædicatis eius: cum Enoch filio suo Matufale nihil aliud mandauerit quàm ut notitiam earum posteris suis traderet. Igitur sine dubio potuit Noe in prædicationis delegatione successisse, uel quia & aliàs non tacuisset tam de dei conseruatoris sui dispositione, quàm de ipsa domus suæ gloria. Hoc si non tam expedite haberet, illud quoq; assertione scripturæ illius tueretur. Proinde potuit abolesactam eam uolentia cataclysmi, in spiritu rursus reformare.

DE H
 insequemadm
 orne instrum
 Sed cum Enoch
 dem nihil on
 inperam ædifi
 diti propterea
 mag mirum ho
 & ipsam coram
 istam Aposto
 nota inusta sit
 mar præter rep
 lites examine
 mos. Habitus f
 Colam dicim
 mandam muli
 libus deputat
 oculos trahunt
 uiam hinc pro
 de diuersis inst
 gentum princip
 scilicet planè g
 officinis poena
 de tormentis
 es, metalli refu
 rmarum par c
 generosior iud
 si de qualitate
 tum ita dispos
 res exhibeant
 commodent i
 potui uascula
 ad spurca inst
 am opere par
 demergit in te
 ritæ necessitat
 callis refodien
 uigore non po
 tas auro & ar
 bus quantū a
 cū auro super